

Ablata est enim ab illis propinquitas di; Ablata est adoptio filiorum & translata est
ad ecclesiam xpi; Illi ergo non habent scriptum quia degeneres xpi simi: sicut nec
esse meruerunt; Nos autem quibus hoc scriptum habemus & legimus: gaudeamus
quidem de dignatione dei sed caute & sollicite; Curremus ne nos uita nostra & sac-
tos mores q; faciamus aliquando degeneres ne & hoc ipsum nobis ad condemp-
nationem ducatur; Quod cum genus simus xpi indignis & foedis & diaboli-
cis actibus seruamus; Qui habet ergo sponsam sponsus est; Audis quomodo
sponsus dicitur xps; xpi sponsa uero eius anima dicitur. que fidei simplici-
tate actuum puritate incorrupta probatur & uirgo; dicit enim dñs & per
hieremiam propheta nonne sicut dñm me uocasti & patrem & principem
uirginis tuas; Uidua autem & iectam & contaminatam non accipit; si quis
nostrum peccauerit abiectus est & iam si non abiectus ab epō: siue quod lateat
siue quod interdum ad gratiam iudicetur. iectus est tamen ipsa conscientia
peccati; Nec prodest hominis gratia cum xps huiusmodi animam tamquam abiectam
non recipiat in coniugium; Igitur neq; uidua sicut supra diximus. neq; iec-
tam: neq; pollutam: pollutam dicitur quae & iam si non ex integro compleuit pecca-
tum tamen hoc ipsum quod cogitauit: quod uoluit quod optauit: & iam si non ad-
misit pollutam est. & a magno pontifice non legitur; Ualde enim puram: ualde
mundam & sinceram requirit animam que sibi iungat: quia quise uinxerit chō
unus sps est: unde & iam hoc ostenditur. quod sint differentiae peccatorum.
& qui peccauerit peccatum ad mortem abiectus sit; Qui autem non peccat ad
mortem. sed inferius aliquid pollutus sit; Sponsa autem xpi neq; abiecta
neq; pollutam potest esse: sed uirgo incorrupta & contaminata. memento
enim sermonis apostoli quem paulo ante proposuimus dicentis; Vt exhibet
ipse sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam aut rugam aut aliquid
huiusmodi. sed uisita sca & immaculata; Sed & meretricem non accipit: que
est anima meretrix que ad se recipit amatores: de quibus dicit propheta
meretrix est. post amatores tuos: qui sunt isti amatores qui intrant ad ani-
mam meretricem: nisi contrariis potestates & demones; desiderium cupi-
unt pulchritudinis eius. pulchramq; ad creata est anima & satis decora;